

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

Titvlvs XXXVII. De immunitate ecclesiarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

requirit jejunium: quando quidem concedendo huiusmodi facultatem, ut etiam carnes, & oua huic privilegio cibi quadragesimales, & diebus jejunij conuenientes sint, papa concedere censetur.

TITULUS XXXVII.

De immunitate ecclesiarum.

SVMMARIVM.

- 1 Gabellas personales, vel de rebus suis, clerie non debet.
- 2 Statutum ut confrater sine confeſu fratris non possit confratrem in ius vocare, non est contra libertatem ecclesiasticam.
- 3 Index laicus extrahens aliquem ab ecclesia exempta incurrit paenam, nisi restituat.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 4.

**C**um iure coi canonico, clerici gabellas personales, seu portoria pro fructibus de suis hortis, arboribus & praediis suis collectis, & amico alicui, vel domino, et a extra territorium existenti dono transmissis, aut pro rebus proprijs, quas intra territorium suum vendunt, soluere non debeant, c. negotiorum rem, &c. ejc. d. 88. & toto tit. ne cleric. vel monachi, & l. 1. & 2. & toto tit. ff. & C. de don. Pa. lib. 1. conf. 6. & Dec. c. 496. sed solum pro reb. quas negotiandi causa, aut alio contractu non gratuito extra territorium vendunt, cle. vlt. de censib. non pot. Republica nouum pedagium imponere, ita ut ecclesiasticus dono mittens fructus aliquos etiam ad ecclesiasticos extra territorium, portorium seu pedagium soluere teneatur Nau. in Man. c. 17. n. 201. Secus tamē si dolo, vel fraude excusandi portoriū aliquid nomine doni mitteret, factō prius expresse, vel tacite pacto, v. tis, cui iniuritur, tandem, vel plus remittat nomine doni: cū fraus, & dolus nemini patrocinari debeant, c. Sedes Apostolica, de refer.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 6.

**S**tatum a Confratratia factum, ut nullus confratrum alterum confratrem coram iudice seculari, vel ecclesiastico super temporalibus, vel spiritualibus, conueniente possit, nisi de consensu Prioris dictæ Confratratæ, sub pena expulsionis a Confratratia. neque malum est, neque contra libertatem ecclesiasticam; eo quod in effectu nihil aliud quam consilium apostoli, quod habetur 1. Corin. 6. cotinet: Abfurdum autem est aliquid ab apostolo consilium, contra libertatem ecclesiasticam censeri; Ne; statutum illud quenquam ad ilud seruandum astringit, nisi volentem intrare Confratratum, quam nemo intrare cogitur; neque alia poena Confratrem puniri, quam quod esse definit illius confraternitatis frater, nec aliquid contra libertatem ecclesia bona fide seruans, censuram ullam incurrit ex Innoc. in cap. nouerit, de fent. excomm. & Nau. in Man. cap. 27. num. 1. 9.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 1.

**I**udex laicus al quem ab ecclesia exempta extrahens, nisi captum ecclesiæ restituar, peccatum, & poena contra sic extrahentes illatam incurrit.

TITULUS XXXVIII.

De Ecclesijs ædificandis, vel reparandis.

Hic titulus deest in antiquis.

SVMMARIVM.

- 1 Pensionem habens super beneficio quando ad ecclesiæ reparationem tenetur.

DECISIO I.

Ex conf. unico in Novis, deest in antiquis.

**P**ensionem clericis super beneficio ecclesiastico, & fructibus eius, impositam habens, pro rata ad illius ecclesiæ reparationem tenetur, nisi penitus ita imposta fuerit, ut ab omnione libera solueretur.

TITULUS XXIX.

Ne clerici, vel Monachi secularibus negotijs se immisceant.

SVMMARIVM.

- 1 Clericus beneficiarius, nec presbyter, nec monachus, ius civile publice sine dispensatione legere potest.
- 2 Presbyter Doctoratus in iure civili assidens nullam paenam incurrit.
- 3 Beneficiatus, sacris, & monachos ars medica est prohibita.
- 4 Banitos accusare Gregorius XIII. non obligat, sed solum illis fauere prohibet.
- 5 Clericus patrocinando paenam nullam incurrit, nisi mors, aut mutilatio sequatur.
- 6 Tutelam, & curam Minorum suscipere nec episcopus, nec sacerdos secularis coguntur.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 5.

**C**lericus beneficiarius, qui nec presbyter, nec Monachus est, sine villa dispensatione ius civile publice legere potest, dummodo beneficia, quæ obtinet, nec dignitates, nec Personatus, nec officia sint; c. Muha. de præben. & c. super specul. Ne cler. vel Monach. cum clericis etiam in dignitate constitutis legum cuiuslibet auditio tantum, & non prædictio prohibita sit, ex Nau. in Man. c. 27. n. 16. Sed neque irregularitas ob prælectionem legum criminum, neque propter Commentarios super illis compertos, sed tantum propter homicidium, vel mutilationem factam, ope consilio, vel auxilio ad id prædicto, & ob eam prælationem consecuto, incurrit.

DECISIO II.

Ex conf. 2. in utrisque.

**P**resbyter beneficiatus, dummodo leges civiles sufficienter calleat, Doctoratus gradum in iure civili sine incurso alicuius cœlaturum, irregularitatis, aut sine amissione beneficij, assumere potest, vt ait Pan. in d. cap. super specul. Nec villa opus est ordinarij licentia, quia eam ordinarij dare non potest; si tamen sine sufficienti scientia Doctoratum sumat, peccat quidem, ex Glos. in clem. a. de Magistris, censuram tamen aliquam non incurrit.

DECISIO III.

Ex conf. 3. in utrisque.

**C**lericus simplex, ordine facto, & beneficio ecclesiastico carens licet officio, & arte medica viens, non plusquam laicus medicus peccat; factio ramen ordine insignitus, vel beneficium ecclesiasticum etiam non sufficiens viatu honesto habens, eis viendo peccat; cum officium seculare, cuius exercitium prohibetur clericis, & Monachis, ut colligatur ex tono iiii ne cler. vel monachi. & ex Concil. Trid. lesl. 22. c. 1. de ref. exercitat, ita Nau. in Man. c. 25. num. 111. Nullam ramen censuram, aut irregularitatem ob solum artis medicæ exercitium, attentione solo iure communis incurrit, & nulla talis poena, nisi iure expressa sit, incurri solet, c. is qui de fent. excom. in 6.

D E .

